

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Humilitas c cum fonte primo

Non aliam tibi ad capescendam et
obtinendam ueritatis uiam munias
quam que munita est ab illo qui
gressuum nostrorum tanquam Deus uidit
infirmiorem.

Ea autem prima est humilitas, secunda
humilitas, tertia humilitas et quociens
interrogares hoc dicerem.

Huic te, mi Dioscore, ut tota pietate
subdas uelim
nec aliam tibi ad capessendam et
obtinendam ueritatem uiam munias,
quam quae munita est ab illo, qui
gressuum nostrorum tanquam deus uidit
infirmiorem.

ea est autem prima humilitas, secunda
humilitas, tertia humilitas et, quociens
interrogares, hoc dicerem,

non quo alia non sint praecepta, quae
dicantur, sed nisi humilitas omnia,
quaecumque bene facimus, et
praecesserit et comitata et consecuta
fuerit et proposita, quam intueamur, et
adposita, cui adhaereamus, et inposita,
qua reprimamur, iam nobis de aliquo
bono facto gaudentibus totum extorquet
de manu superbia.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 118,
3 (CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.685,
ll.9-19).

Alludens dicto cuiusdam petentis a
quodam philosopho quod esset melius in
rethorica respondens: prima eloquencia,
secunda eloquencia, tertia eloquencia, et
sic et cetera.

Augustinus in epistola ad Dyasorum.

[fons nondum inuentus]